

## Alte Drucke

**FABVLA=||RVM QVAE HOC LI=||bro continentur, Interpretes  
atq; || authores sunt hi.|| Guilelmus Goudanus.|| Hadrianus  
Barlandus.|| Erasmus ...**

**Aesopus**

**Leipzig, um 1560**

**VD16 ZV 27832**

ANIANI FABVLAE HADRIANO Barlando interprete.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149931**

uspiam est animantium. Concurritur ad Iouem undiq;  
aderat iam alituum pecudumq; genus, inter quos simia  
deformes catulos brachio gestans, cum aduenisset à ri  
su temperare nemo potuit, quin etiam Iupiter ipse pro  
fuso admodum risit. Ibi continuo simia imò inquit, no  
uit & Iupiter iudex noster, catulos meos magnopere  
omnes quotquot adsunt, præcellere. MORALE.  
Suum cuiq; pulchrum, ut est adagiũ. Et alibi apud  
Theocritum in Aegloga sexta:

Quæ minime sunt pulchra, ea pulchra uidentur amari

# ANIANI

FAEVLAE H ADRIANO

Earlands interprete.

DE QUERCV ET ARVNDINE.



ASTVS OLIM ATQVE  
adeo insolentiae plena quercus,  
arundinem aggressa est, si nunc,  
inquiens, pectus animosum tibi,  
procede agendum ad pugnam, ut  
noster duarum cunctus ostendar,  
utra uiribus præstet. Arundo  
quercus tantum, exultationem, fortitudinisq; agitatio  
nem uanam nihil mirata, sic respondit: Certamen nunc  
abnuo,



abnuo nec mea sortis me piget. Nam si in omnem partem mobilis, tempestates tamen praevincio sonoras, tu, si semel vasto rex Acolus antro, luctantes emiseric uentos concedes, & mihi tum rideberis. MORALE.

¶ Declarat hac fabella non eos semper fortissimos esse, qui nulla etiam lacesiti iniuria, alijs insultant.

## DE PISCATORE ET PISCICVLO.

Piscator, iacto in aquam hamo, cibus illito, pisciculum eduxit, orat, obsecratq; captivus, se minutulum uti abire sinat & adolefcere ut postea maiore potiatur. Piscator, ego, inquit, spem precio non emoque quippe qui eo fuerim ingenio semper, ut quicquid possem, mallem auferre potius in praesentia.

## MORALE.

¶ Haec nos monet fabella, ne certa unquam incertorum spe unguibus emittamus. Quid enim stultius (ut est apud Ciceronem) quam incerta pro certis habere.

## DE FORMICA ET CICADA.

Appetente hyeme, frumentum in areolam ad solem trahebat formica uidet id cicada, accurrit, rogat granum. Formica cur non inquit, & tu e meo exemplo astate trahis, quodcumq; potes, atque addis aeternus? Respondet illa, sibi id temporis cantando transigi. Ridens formica sic ait, astate cantitare soles, merito nunc esuris.

## MORALE.

E 2

Monea

☞ Monemur hac fabula, dum adhuc robur corporis adest, quærere ea, quibus imbecilla sustentetur senectus. Per hyemem senectutem intellige: Per æstatem adolescentiam, & florem illum ætatis.

## DE LEONE ET TAURO.

**L**eonem fugitabat taurus, in hircum incidit, is cornu & caperata minitabatur fronte, ad quem plenus iræ taurus, non tua inquit, in rugas contracta frons me territat, sed immanem metuo leonem, qui nisi tergo hæret meo, iam scires, non ita paruam rem esse, pugnare cum tauro, & nostro sequi de vulnere sanguinem.

## MORALE.

☞ Calamitosus non est addenda calamitas. Sat miser est, qui semel est miser.

## FABVLÆ

ANIANI, GVILELMO HERMANNO  
diui Augustini ordinis Canonico interprete,  
mutatæ, incipiunt feliciter.



## DE NVTRICE &amp; Lupo.

Vtrix minatur puerum plorantem (ni taceat) dari lupo. Lupus id forte audit, spe cibi manet ad fores. Puer tandem silescit, abreptus somno, regreditur lupo in syluam.